appposuit. Similiter reedificavit castrum
in Sarburgo, quod plus quam centum
annis steterat inhabitabile. Item in
Homburgo magnifica fecit edificia
tam in castro quam in oppidi muro,
sicque in singulis locis episcopatus sumptuo-
sa fecit opera. Eciam castrum de Hel-
fildinga episcopatui reddibile propter
insolenciam inhabitancium amissum recu-
peravit. Et castrum de Asperomonte
similiter reddibile duci Brabancie
venditum una cum parte in Conflant.
Item possessores castrorum in Bertringa
et Luthinga compulit ad recognicionem
feodi castrorum ab ipso. Item castrum
de *Gardia cum omnibus appendiciis
redemit ab antecessoribus suis impignoratum.
Item castrum de Gebildinga cum appen-
diciis pro mensa episcopali acquisivit,
quod prius solum reddibile fuit. Et
sic iniuria a nacione perversa frequenter
suis illata fieri fecit hec edificia pro
ipsorum custodia, et ut malorum repri-
mereptur audacia, sicut liquide apparuit,
quando magne societati viri-
liter resistit. Nam anno Domini 1375
dominus de Cuffy Picardus volens vi
terram intrare ducis Austrie transivit
per Lothoringiam bene cum triginta mili-
bus armatorum, qui primo insultum
fecerunt contra Metenses, qui statim
quasi effeminati et ad bellum indisposi-
per se ipsos suburbia destruxerunt di-
mentes, et sic sibi ipsis dampna intulerant,

a/ et c. mar. rec. adnotavit in marg. eciam

a/ bertinga c.

a/ qui c.